

Sigismundus primus rex Poloniae, Henrico Mekelbergensi, Georgio et Bermينو Pomeraniae duabus.

126

Litteras illustratum vestrarum accepimus, quibus omnem fœderum seriem, quae proximè in civitate nostra Idanensi à nobis consiliariis, cum earum orationibus et consiliariis facta sunt, probant et commendant. Nobis quoque singula quae iisdem fœderibus continentur, aequè placent, nullaque in re ab eis dissentientes, omnia probamus et rata habemus, quandoquidem communibus rebus nostris et subditorum nostrorum, non parum adiumenti allaturas esse videmus. Cum igitur vestrae illustratae, quae promittunt, eiusmodi fœderum litteras ad nos mittere volent, gratum erit nobis, et per quos allata fuerint, per eosdem etiam nostrae vicissim eodem tenore omnia continentes, ad eas referentur. Si quid item amplius est vel erit, in quo nos sibi vestrae illustratae gratificari posse videbunt, facile videbunt et experientur nos sua causa omnia facturos, quae commodo et ornamento suo aliquam accessionem sibi allature, et bene valeant vestrae illustratae. 1524.



